etiam Fid. V. pro eiusmodi non admissis appellationis praeiudi-
cio literis citationis nra ad Judicium nrum vocatos sunt. Ideo
Fid. Vris Mandamus omnino id habere volentes ne quid lite
cum eisdem pendente qua stante nihil est innovandum in
eo negotio innovent aut attentent vel aliquid agere praesu-
mant. Cum per dictas citationes non amplius Fid. V. sed
nos et Judicium nrum eius causae cognitio maneat de eius-
modi vero illato non admissis appellationis praeiudicio causaq.
ipsa decernendi ac iure statuendi. Cui decisioni nostrae postea-
quam facta fuerit Fid. V. stabunt. Secus itaq. facere non
audeant pro gratia nra et gravi indignatione ac poenum ...

Mandat ad Nob. ut colonos a Curia Regia ademptos restituat

Generoso N. Fid. nobis dilecto gratiam nram Regiam. Ge-
nerose Fid. nobis dil. Intelleximus ex querella Generosi N.
quam apud nos per certos Consiliarios nostros vel Regni
nostri deposuit Fid. T. nonnullos cum non contemnenda
fundi parte colonos ad Curiam nram N. antiquitus pertinen.
quam idem N. in certa pecuniariam Summa a olim Divo Sigis-
mundo Augusto Rege praedecessore nro in scripta iure legitimo
obtinuit sibi appropriasse a cum praeiudicium illius iidem nullo
iure habito possedisse fructusq. et obventiones exinde non si-
ne insigni ipsius conquerentis damno percepisse. Quod ne
ipsi deinceps accidat opem nram Regiam imploravit. Nos
vero ut id unicuiq. quod illius est reddatur aequum esse
censentes ac ne quid bonorum nostrorum aliquopiam quovis prae-
textu occuparetur prospectum iri cupientes Fid. Tuae Manda-
mus id omnino habere volentes ut quamprimum Fid. Tua
hisce Mandatoriis nostris nempe literis admonita fuerit di-
ctos colonos et fundos Curiae nrae praedictae antiquitus per-
tinen. una cum fructibus et emolumentis exinde perceptis
sine mora et quavis procrastinatione restituat ac in manus
ipsius Generosi N. ius legitimum super ea bona haben. vel
Mandatarij dicti Generosi N. Illmi Curlandiae Ducis Mar-
schalci quamprimum liberos mittat nullamq. molestiam eo
nomine illi vel ipsius Mandatario facessere audeat quod
vel animadversionem nram requireret vel iure cum Fid. T.
eiusmodi praeiudicij nomine agen. occasionem praebere posset. Faciet
itaq. Fid. T. quod iusta voluntas nra Regia requirit.

Progria ac indignatione nra ac sui vi erga nos officij debito datum

Mandatum pro facien' exequtione decreti Co'ssar' sex civit' sub pena

Famatis Proconsuli Consulibus Advocato et Scabinis Civitatis nrae N Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam Famati Fid. dilecti Videramus ad Fid. Vras alterioris Mandatorum nostrorum literis quibus eisdem iniunxeramus ut decretum quoddam Commissariorum sex civit tanquam fori illius ultimae instantiae Judicium pro parte V M. Canonici Maty in Academia nra N Theologiae professoris contra par' illius adversam Honestam N Prudenti olim N Suburbani N coniugem occasione bonorum certorum ipsi N vere hereditario spectan' ex contraria partium prolatum ad debitam exequutionem deduceretur nihilominus tamen Fid. Vras etiustis mandatis nris morem non ingessisse imo debito officij sui defecisse intelleximus et eo nomine Fid. Vras in Judicium nrum literis citationis nris evocatas Contumaces extitisse pronunciavimus Et quamvis hocce mandatum nrum Cum pendium et non obstito exequtionis (Decreti potissimum et Controversia partium a Judice ultimae instantiae lati) prediciam nos male habeat altri Mandandum Fid. Vrum esse putavimus quemadmodum literis hisce nostris tenis Mandamus et acprimum requisitae fuerint debitam ac finalem decreti commemorati exequtionem faciant nullasque iniuridicas exceptiones et tergiversationes partis succumbentis in exequtione rerum iudicatarum locum non habentes admittant Sed illud Decretum ita uti par est et ad Fid. Vrarum officium spectat sine quibusvis procrastinationibus exequantur ac sese in toto nrx Decreti et iustae voluntatis nrae obsequentem gerant nullamque occasionem eo nomine amplius de se apud nos conquerendi et iurgandi relinquant idque pro gra nra dixerimus erga nos officiorum debito nec non pena N Fisco nro a F. V. irremissibiliter persolvenda ali' Fid. V non facturae Datum

Libertatio ab onere consulari cuiusdam consulis Cracovien'

Significamus. vi quod cum intelleximus Famatum N Carbea Scabinum ment. usw Consulem Civitatis nrae N